



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Ubi? parag. 3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

Conductor enim ille eam rem renuntiat, & Locator acceptat; resumit enim domum suam: ergo fructus erunt Locatoris, qui est Dominus, vel certe, etiam si ejusmodi renuntiatio valida non esset, adhuc illi fructus tunc non essent Conductoris, quia dum rem dereliquit, videtur etiam abdicare a se, & veluti pro detestatis habere fructus quoscunque si-  
vè copiosos, sive modicos ex illa provenien-  
dos. Vedit hoc Molina, a idque non oblitur  
iustitia. Licit Locator (ait) nos tenetur lo-  
care alteri rem illam, posseque accipere integrum  
pensionem a primo Conductore, si tamen illam lo-  
cer, non facili prius transactione, & compensatione  
cum primo Conductore, utique tenuetur deducere  
de prima pensione primum, quod pro secunda loca-  
tione accepit, nisi primus Conductor, quasi pro de-  
reliquo relinquat uatum illum, ac fruitionem illius  
reto illo tempore ad quam habet Ius, etiam  
ut ipse possit eam locare alteri. Haec tenus Mo-  
lina.

17. Ex dictis ergo ad questionem propo-  
sitam respondendum est, cum distinctione,  
num si primus Conductor non abdicat a se  
rem conductam, verum est excessum ipsi  
competere, at si abdicat, ut certe sapientissime ac-  
cedit, dum is rem conductam derelinquit,  
tunc sic excessus ille pertinet ad Locatorem,  
qui est Dominus, & primo occupat.

## §. II.

## Quando pensio solvenda?

1. Quando aliquod pactum designans  
tempus praecessit, vel consuetudo Re-  
gionis explicetur, solutionem fieri, sive in fine  
anni, sive in fine cuiusque mensis, & quidem,  
vel totam, vel partem, dimidium v.g. post Se-  
medie, & aliud dimidium post finem anni,  
vel quid simile, non est difficultas; tunc enim  
ejusmodi pacta, & legitima consuetudines  
sunt servandae. At ubi nec pactum adest, nec  
ulla consuetudo, quando nam solutio erit  
peragenda?

2. Dico ex circumstantiis, & natura rei con-  
ductae id esse dignoscendum. Si enim ad an-  
num loces, vel si ad annum dimidium, vel si ad  
mensem, certe in fine talis designari temporis  
erit solutio praestanda; id enim notat illud (ad  
annum, ad dimidium, ad mensem). Et ratio ul-  
terior est, quia tunc equum est, ut solvam tibi  
*Tamburinus de Sacramentis.*

pensionem, quando jam habui totum usum  
rei tuæ; at hunc, non nisi usque ad finem con-  
cessi temporis totum habeo. Unde propter  
eandem rationem, si rem naturaliter fructuo-  
sum loces, tunc videtur conventum tempus  
solvendi, quando colliguntur fructus. Quod  
si loces per quatuor, quinque, plures annos,  
tunc etiam in fine singulorum annorum erit  
facienda solutio, quia ex communi usu, & ex  
legibus b) ejusmodi una locatio plurium an-  
norum, equivaler pluribus annis. c)

b) L. Scire  
3. His tanquam communibus, & certis debemus.  
jam habitis, mihi se feret haec dubitatio L. plurib.  
nos; qui Paulus ostendit chyographa, quæ signif.  
testantur ipsum soluisse pensionem per tres c) Mol.d.  
anos ultimos, & proximiores clausos, tene- 497.n.r.  
turne solvere pensiones antecedentium an- Bonac. d. 3  
norum? de contr. q.

Respondeo, cum Textu ē Iuris, qui sic di- 7 p. 3. d.n.  
sponit. Is. qui ostendit se tribus proximis annis 5. à quib.  
soluisse retro soluisse presumitur, nisi contrarium citius  
probetur. Atque ex hoc (nisi contrarium probe- leges, &  
tur) sequitur, ut si vere solutæ non fuerint ob- DD.  
ligetur Conductor solvere in conscientia, & d) L. Qui-  
Locator eas exigere possit, etiam se occulere cunque C.  
compeniendo juxta Regulas justæ compen- de Apochis  
tationis. Excipe, nisi aliqua retro antecedens publ.  
pars fuerit legitimè præscripta.

4. Quid si omnibus conjecturis expen-  
sis (expendunt Menoch. de præsumptioni-  
bus, & Mascardus de probationibus) du-  
biuum sit, an Conductor pensionem sol-  
verit?

Respondeo, deberi a te Conductore pe-  
nctionem, quia Locator est in possessione Cre-  
diti contra. Vide tamen, quæ ego alibi dixi  
e universaliter de eo, qui dubitat, an restitu- c) L. i. in  
tionem exhibuerit.

Dec. c. 3. §.  
7. V. Re-  
stitutio.

## §. III.

## Vbi solvenda pensio?

1. DE hac re, quando solvendum ali-  
quid contingit ex aliis capitibus,  
quam ex locatione, egisatis, superquel. 8. in  
f) Decal. Nunc ergo ea applicando ad locatio-  
nem, breviter dico, pensionem debere solvi in Dec. li. 4.  
eo loco, in quo conventum est, vel, si nulla fa- c. i. §. 8.  
cta est conventio, debere in coloco, qui forte  
est de consuetudine in ea Regione, vel deni- que, si  
FFF

que, si nihil est cōventū, & nulla est ejusmodi consuetudo, debere solvi in eo loco, quem ipsa natura contractus locationis requirit, hēc autem requirit, ut in eo loco solvas, ubi conduxisti.

## C A P U T V.

## Explicans illud descriptionis.

*Nullo addito injusto p̄cto.*

1. **I**D vel indoctus quisque non ignorat. Verum, aliqua p̄cta, quā dubia apparent, cognoscere, justa ne sint, an iusta, hēc enim vero per difficile, etiam doctissimis est. Quod tamen facile, ipso, reddetur, si hic nonnulla ejusmodi p̄cta breviter examinemus.

*Primum p̄ctum, quo res conducta premititur vendi.*

2. Ego loco Cæsari hanc domum pro iusta pensione centum aureorum singulis annis, quod si mihi quandounque trader mille aureos, quanti icilicet justè valet domus, cessabit pensio, & Cæsar erit domus. Estne justa conventio?

**Azor. 3.** Respondeo, esse justam, & quia, donec sol. p. l. 8 c. 11. vitur totum premium domus, est contractus q. 6. **Filiucc. tr. 36. c. 5. n. 21.** Locationis, & domus est in tuo dominio. Verum, pretio soluto, jam domus venditur, sitque alterius, idest Cæsaris: id, quod ita se habet, sive æstimes ipso initio domum, sive non æstimes; modo, quando initio æstimas, æstatio non faciat Venditionem.

3. Explico hoc ultimum. Si æstimes domum, ut sciatur, quantum debeat Conductor, si ejus culpa domus pereat, vel deterior fiat: pari modo, si æstimas, ut videatur, quantum premium debebit tradere Cæsar, quando domum emet, tunc æstatio non facit venditionem. At, si æstimes, ut domus transeat in dominium alterius, quamvis premium solendum differatur ad annos, æstatio facit venditionem. Ex hac ergo explicatione, responsio allata manifesta est, nam tametsi Cæsar ad suum libitum possit, vel domum reddere, & illam non emere, vel totum premium solvere, & fibi, ut venditam applicare domum, iusta re non agitur, dum pensionem in totum

exigis, quia, non soluto pretio, (quamvis facta æstimatione, quā tamen non faciat venditionem) domus est tua, & pensio tibi solvit pro tua re; eo tamen soluto, vel facta æstimatione, quā venditionem faciat, jam tua non est amplius, sed est ementis, unde cellet tunc pensio, necesse est.

4. Quid si concedo Cæsari, ut domum meam ab ipso conductam possit, si vel alii vendere?

Respondeo, nec est iustitia, si id recte fiat (quicquid dicat Azor, & Fillinccius citati) nam donec Cæsar domum alteri vendat, domus est tua, in tuoque dominio perficit, unde tibi pensio merito, & justè solvit, sed non post Venditionem, ut dictum est.

*Secundum p̄ctum, quo omnia pericula conjiciantur in Conducōrem.*

5. Loco tibi hoc prædium, hunc gremium, hunc equum, modo omne periculum sive fortuitum, sive insolitum, quandoque illud sit, tu subeas. Estne iusta conventio?

Respondeo, esse justam, & si adsint duæ conditio[n]es. Prima, ut hēc non sit venditio, hoc est illæ res remaneant in dominio locantis, unde si res accidat non perire, debeant omnino eadē redditi locanti, non vero premium ipsarum. Secunda, ut dematur de pensione solvenda, quantum compenſetur tantum onus. Ratio est, quia, si adest prima conditio, cum res non sint venditæ, pensionem ex rebus suis habere justè Dominus potest. Et rursus, si adest conditio secunda, nulla cit iustitia, siquidem ex diminutione pensionis jam inducitur æqualitas.

*Tertium p̄ctum, quo Grex, vel quid simile redditur in fine Conductionis in eodem numero, & bonitate.*

6. Loco tibi his ovium greges, hos boves, hos equos, quorum usum, fructumque percipias eo pacto, ut semper debeat conservare eundem numerum, integrumque milii reddere finito tempore designato. Interim vero pensionem rei locatæ solvas, estne justa conventio?

Respondeo, esse justam, modo serventur dux